



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]**

**Petrus <de Natalibus>**

**Lugduni, 1508**

De s[an]cto Hyreneo ep[iscop]o [et] mar. Cap[itulum]. ccxxix.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

esse possibile puerum ab homine generari tanta  
 puritate decoratum. Et si possibile esset:  
 ut si deus haberet filium: elegantissimum illum  
 infantem diceret ex aliquo numine generatus.  
 Igitur et propter pueri spem: et matris aspectum  
 placabilem non solum ab eorum depredatione ab-  
 stinuit: sed etiam eos illa nocte in domum propria  
 introduxit: et necessaria ministravit. Habebat  
 autem prozorem et filium tot viceribus plenum  
 ut leprosus videretur. Cum autem viror dis-  
 pueri iesu balneus preparasset: et virgo christi  
 balneasset: latronis coniunx quasi divino insti-  
 tutu puerum suum in eadem aqua balneavit: spe-  
 rans quodammodo et quadam latente virtute  
 quam in filio virginis esse cogitabat filium suum  
 vicerosum posse sanitate suscipere: quod et fa-  
 ctum est. **N**ox enim ut puerum vicerosum aqua  
 illa tetigit: sine ulla macula confestim de balneo  
 mundatus ascendit: quod videns discipulus: pue-  
 rum iesum cum matre ut deos adoravit: et eosdes  
 usque ad civitatem cum securo comitatu associa-  
 vit. Dicit quoque quod puer iesus in recessu suo la-  
 tronem allocutus pro humanitate sibi impensa  
 eidem in regno patris sui premium se retribu-  
 turum promissit. **T**empore igitur mortis christi  
 discipulus cum alio latrone nomine gestas pro fa-  
 cinoribus suis a iudeis capti cum christo mor-  
 ti crucis adiudicantur. Et discipulus quidem christum  
 propter hoc aliter non cognoscens ad dextris  
 eius gestas homo a sinistris confixus est. Et cum  
 iesum omnis populus blasphemaret: ipse quoque  
 ambo latrones qui crucifixi erant cum eo im-  
 properabant ei: ut duo evangelista testantur.  
**C**um autem sol ad meredem tenderet: et latus  
 christi radio suo feriens umbram eius versus  
 dextram partem emitteret: gyrante sole motus  
 ut umbra corporis christi super latronem ad de-  
 xtras exisset: nitem descendit: virtus divinitatis  
 eius in corde illius subintravit. **V**idensque qua-  
 liter christus pro inimicis patres obsecraverat  
 compunctus est: et continuo in christum credens:  
 non solum ut dicit lucas evangelista confocius  
 de blasphemis increpavit: sed etiam iesu mise-  
 ricordiam imploravit. **C**ui dominus misericors:  
 qui pro peccatoribus pendebar ne dum peccata  
 remisit: sed etiam ei mortem paradisi com-  
 donavit. **B**estas homo qui in sua obstinatione per-  
 mansit: ad inferna descendit. **I**n evangelio non  
 comedi legitur: quod cum christus sanctos patres  
 de limbo extraxit eos ad terrestrem paradysum  
 introduxit: ut usque ad diem ascensionis eius  
 ibidem manerent: et tunc secum ascendente ascen-  
 derent. **Q**uibus paradysum introgressis: occu-  
 rrit vir portans humeris signum crucis. **E**t  
 interrogatus ab eis quis esset: respondit: quod la-  
 tro ille erat: qui cum christo crucifixus fuerat:  
 et in ipsum credens eius misericordiam postula-  
 verat. **C**ui dominus regnum celeste promiserat  
 signum quoque crucis sibi tradiderat: mandans

ut illud ad paradysum portaret: et angelo ipsius  
 loci custodi ostenderet: ac sibi ex parte christi  
 crucifixi mandaret: ut ipsum in eodem loco ins-  
 tromitteret. **Q**uod postquam latro fecit angelus  
 ipsum in paradysum introduxit. **H**ec in euange-  
 lio nicodemii. **F**estum autem beati disime eodem die  
 disime passionis recolitur: scilicet viij. kal. aprilis:  
**D**e sancto hyreneo episcopo et mar. **L**ap. cccxix.

### Hyreneus episcopus

**H**myreni. passus est apud firin-  
 um tempore martiniani impe-  
 ratoris: agente pio bo pre-  
 sidente panonie. **Q**ui primo tormen-  
 tis acerrimis vexatus: deinde  
 diebus pluribus in carcere cruciatus. **N**ouiss-  
 me pro confessione nominis christi: usque ad  
 mortem gravissime cesus est. **C**orpusque eius in  
 flumine sancti precipitatum. **A**do ramen dicit  
 nouissime absciso capite conumatus est. **Q**ui  
 passus est octavo kalen. aprilis.

**D**e sancta Dula virgine et mar. **L**ap. cccxx.

### Ala virgo et mar

**A**lyrici: nicomedie civitate passa  
 hec fuit ancilla cuiusdem mi-  
 litis paganorum. **Q**uam cum  
 ille cognoscere vellet: ipse om-  
 nino recusaret: dicens christia-  
 na lege adulterium esse prohibitum cum ipsam  
 christianam audivisset: ab eodem domino suo  
 pro fide et castitate occisa est. viij. kalen. aprilis.  
 hec ado in martyologio.

**D**e sancto Castulo martyre. **L**ap. cccxxi.

### Castulus martyr

**C**astulus palatii imperatoris: sub  
 diocletiano rome passus est:  
 qui in superiori ipsius palatii  
 et altissimo manens: cum esset  
 occulte christianus. **C**atum pa-  
 pam: marcellianum et marcum germanos ef-  
 fecit diacones: atque tranquillinum eorum pa-  
 trem factum presbyterum refouebat: et alios  
 christianos: quia de ipso suspitio nulla erat.  
**T**andem deprehensus quod christianus esset: et  
 christianos preteritu officii refoueret a perse-  
 cutoribus tentus: tertio appensus: tertio audi-  
 tus in confessione domini perseverans missus  
 est in foveam: et dimissa super eum massa ha-  
 renaria cum palma martyrii migravit ad chris-  
 tum. viij. kalen. aprilis.

**D**e sancto Quirino martyre. **L**ap. cccxxii.

### Quirinus martyr

**Q**uirinus palatii imperatoris: de quo legit in passio-  
 ne sancti dionysii et marthe audifari  
 et abacii. xij. kalen. februarij: quod